

quæ pœna dicitur iustissima, utpote in Jure talionis fundata ; cujus Juris naturam explicat quàm optimè Aristot, *l.5.c.4. Ethicor.* Equidem si Jura nostra consulimus, olim accusator in causa capitali, si calumnia esset detecta, simili supplicio afficiebatur, *l.9. C. de calumniator l.17. C. de Accusat. Auth. Sed novo. C. ad L. Jul. de Adult.* Hodie tamen pœna talionis est abrogata, & calumniantes, atque falsum testimonium dicentes arbitrariè puniuntur. Julius Clarus *l.5. sentent. §. falsum. num. 8. fol. 341.* Menoch. *l.2. casu. 322. numer. 3. fol. 601. de A. F. Q.* Potest autem testis falsus criminaliter pœna corporis afflictivâ, imò etiam quandoque ultimo supplicio affici, quando nimirum falso suo testimonio innocentis vitæ nocuit. Præterea poterit quoque falsus testis parti obligari ad solvendum Interesse. Farinac. *l.2. quæst. 67. §. 1. per tot. fol. 349.* Brunnem. *ad l. 16. ff. de Testib. n. 1. p. 710.*

## ARTICULUS LXIX.

*Si reus de crimine convictus, id confiteri nolit.*

So der Beklagte nach der Beweifung nicht bekennen wolte.

**S**o der Beklagte nach gnugsamer Beweifung / noch nicht bekennen wolte / soll ihm angezeigt werden / daß er der Missethat bewiesen sey / ob man dadurch sein Bekantnuß desto eher auch erlangen könte / Ob er aber dennoch darüber nachmahls nicht bekennen wolte / daß er doch / als obstehet / gnugsam bewiesen wäre / so soll er nichts desto weniger der bewiesenen Missethat nach / ohn einige peinliche Frage verurtheilet werden.

AD ART. LXIX.

## ARGUMENTUM.

*Reus legitimis argumentis de crimine sufficienter convictus, si confiteri nolit, etiam in casu delicti satis probati, absque tormentis, vel tormentorum repetitione condemnari potest.*